

The Electronic *Compendium moralium notabilium* Project (<https://compendium-project.wlu.ca/index.html>)

56 quotations attributed to “Cronica de nugis philosophorum” in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

According to Tiziano Dorandi,<sup>1</sup> Montagnone’s source for “Cronica de nugis philosophorum” was the Latin text of books 1-5 of Diogenes Laertius’ Greek original that was translated in the 12th century by Henricus Aristippus (d. 1162), which apparently does not survive. *Compendium* thus preserves a portion of that lost source.

In the absence of Aristippus’ lost partial translation, the following edition cites the 1495 Bologna edition of the 15th-century Latin translation by Ambrogio Traversari (<https://data.cerl.org/istc/id00224000>). It thus serves a different purpose than the other editions provided on this website, by documenting the similarities and differences between the translations by Aristippus (as transmitted by *Compendium*) and Traversari.

---

<sup>1</sup> Tiziano Dorandi, “La versio latina antiqua di Diogene Laerzio e la sua recezione nel Medioevo occidentale: il *Compendium moralium notabilium* di Geremia da Montagnone e il *Liber de vita et moribus philosophorum* dello ps. Burleo,” *Documenti e studi sulla tradizione filosofica medievale* 10 (1999), 372-96; idem, *Laertiana: capitoli sulla tradizione manoscritta e sulla storia del testo delle Vite dei filosofi di Diogene Laerzio*, *Beiträge zur Altertumskunde* 264, Berlin: De Gruyter, 2009, pp. 201-228.

Pars 1, Liber 2, Rubrica 4: De felicitate et beatitudine et summo bono (fol.17ra):

Cronica de nugis philosophorum capitulo 2. scilicet de thalere. Thales qui primus sapiens fuit nominatus secundum quem et septem sapientes vocati sunt: **interrogatus quis felix. ait: Qui sanus quidem corpore: anima vero copiosus: natura autem docilis.**

...quisnam foelix sit? qui corpore inquit sanus: fortuna locuples: animoque non ignauus aut imperitus est.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.6r-v, ll.52, 1).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 4: De naturalitate animi circa se et alium (fol.19vb):

Cronica de nugis philosophorum capitulo 2. scilicet de thalete: Tales qui primus sapiens nominatus est secundum quem septem sapientes vocati sunt: **Interrogatus quid difficile: ait: seipsum noscere.**

Interrogatus quidnam esset difficile. se inquit ipsum nosce.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.6r, ll.35-36).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 1: De iustitia equitate et iniquitate (fol.24va):

Cronica de nugis philosophorum capitulo 28. scilicet de aristotele. **Aristoteles iustitiam ait virtutem anime distributiuam digni.**

Iustitiam dicebat uirtutem animi cuique secundum merita distribuentem.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.43v, ll.22-23).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 12: De violentia et coactione (fol.29ra):

Cronica de nugis philosophorum capitulo 6. scilicet de biante: Bians vnus de septem sapientibus ait: **persuadens accipe non violans.**

Indignum hominem diuitiarum gratia laudare noli: persuadens accipe non cogens.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.12r, ll.9-10).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31ra):

Cronica de nugis philosophorum capitulo 28. scilicet de aristotele: **Aristoteles interrogatus quid fenoris acquirant mendaces. Inquit: Ut quotiens vera loquuntur non credantur eis.**

Interrogatus quidnam mendaces lucrarentur: ut cum uera inquit dixerint: non illis credatur.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 4 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.46v, ll.32-33).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 4: De parentibus et liberis (fol.37va):

Cronica de nugis philosophorum capitulo 3. scilicet de solone. Solon qui fuit vnus de septem sapientibus ait: **Parentes reuerere.**<sup>1</sup> 31. capitulo et finali scilicet de piane. Pio sic fatus est: Grauis patri sarcina est virgo propter penuriam excedens tempus iuuenilis etatis. Talis fias parentibus quales quidem orares erga te fieri natos tuos.<sup>2</sup>

1. Noli malis congregari: deos honora parentes reuerere.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.8v-9r, ll.42, 1).

2. Non repertus; cf. Dorandi, *Laertiana*, p.214.

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 28. scilicet de aristotele: **Aristoteles interrogatus quid est amicus: inquit: vna anima in quo est duo corpora.<sup>1</sup> Idem amicitiam determinabat esse equalitatem beniuolentie conuertibilem.<sup>2</sup>**

1. Rogatus quid sit amicus: una inquit anima in duobus corporibus habitans.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.47r, ll.12-13).

2. Amicitiam aequitatem esse diffiniuit reciprocae beniuolentiae...

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.48r, l.21).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 13: De confidentia amicorum (fol.41vb)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 6. scilicet de biante. Bias vnus de septem. sapientibus dicebat: **diligere oportem: vt odio habituros nam plerosque malos.**

...ita amandum quasi odio simus habitori: malos enim esse quam plurimos.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.12r, ll.6-7).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 14: De amicorum constantia et inconstantia (fol.42ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 8. scilicet de periandro. Periander corinthus vnus de septem sapientibus ait: **Amicis et felicibus et infelicibus idem sis.**

...amicis: et foelcibus et infoelicibus eundem te praebe.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.13r, l.31).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 9: De litibus et iurgiis (fol.45rb)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 5. scilicet de pictago. Pictagus mitilenus qui fuit vnus de septem sapientibus dicebat: Non obiurgare amicum immo nec inimicum.

Amico noli maledicere: ne inimico quidem...

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.10v, l.39).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 13: De pace et concordia (fol.46ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 7. scilicet de cleobolo. Cleobolus vnus de septem sapientibus dicebat **inimicum amicum faciendum.**

...ut amiciores sint inimicos aut amicos faciendos.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.12v, ll.11-12).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 9: De gratia et gratitudine et ingratitude (fol.50vb)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 28. scilicet de aristotele: **Aristoteles quesitus quid citius senescat: inquit gratia.**

Rogatus quinam cito consenescere: gratia inquit.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.46v, ll.39-40).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 1: De pollicia seu ciuilitate (fol.52rb)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 3. scilicet de solone. Solon qui fuit vnus de septem sapientibus ait: **A viris magnatibus perit ciuitas.**

Et cecidere uiris persaepe potentibus urbes.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.7v, l.31).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 3: De principibus: ducibus et regibus (fol.54ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 3. scilicet de solone. Solon qui fuit vnus de septem sapientibus dicebat **regem fortissimum vi.**<sup>1</sup> Idem dicebat **principare prius edoctus subesse principi.**<sup>2</sup> 5. capitulo scilicet de pictaco. Pictacus mitilineus qui vnus de septem sapientibus ait: **principatus virum ostendit.**<sup>3</sup>

1. Regem: qui esset fortissimus uiribus.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.8v, l.24).

2. Tunc rege cum primum didiceris regi...

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.8v, l.41).

3. ...principatum uiros declarare.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.10v, l.30).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 5: De tyrannide et tyranno (fol.55rb)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 8. scilicet de periandro. Periander corinthus vnus de septem sapientibus ait: **debentes secure tyrannos fieri beniuolentia fulciri: non armis.**

Dicebat his qui tuto regnare uellent: summa ope nitendum ut beniuolentia non armis stiparentur.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.13r, ll.25-26).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 6: De iure lege et pacto (fol.56ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 3. scilicet de solone: Solon qui fuit vnus de septem sapientibus **dicebat leges fuliginibus similes: etenim in illas siquid inciderit quod leue et debile sustinere. Si vero maius residentes ire.**<sup>1</sup> 2. capitulo scilicet de chilone. Chilo lacedemonius qui fuit vnus de septem sapientibus **iubebat legibus obedire.**<sup>2</sup>

1. ...leges aranearum telis dicebat esse similimas. Illis quippe si quid leue et imbecillum inciderit: inuolui ab eis atque contegi.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.8v, ll.24-26).

2. ...esse enim uacordium: obtemperandum legibus quietem adamandam...

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.10r, ll.18-19).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.60rb)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 2. scilicet de solone. Solon qui fuit vnus de septem sapientibus dicebat: **Intellectum fac ducem.**<sup>1</sup> Capitulo 17. scilicet de socrate. Socrates dicebat **pene se scire nihil nisi ipsum ignorare.**<sup>2</sup>

1. ...rationem ducem sequere.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.8v, l.42).

2. ...et scire se nihil praeter hoc ipsum quis nesciret...

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 2 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.12r, l.19).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 11: De coniectura morum per verba (fol.63va)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 2 scilicet de solone. Solon qui fuit vnus de septem sapientibus dicebat: **verbum imaginem esse operum.**

Aiebat sermonem esse effigiem operis.

Diogenes Laertius, Vitae et sententiae philosophorum, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.8v, ll.23-24).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 13: De cautione securitate et periculo [n.p. 5vb]

Cronica de nugis philosophorum capitulo 7. scilicet de cleobolo. Cleobolus vnus de septem sapientibus dicebat **cauendum quidem esse amicorum responsiones inimicorum insidias.**<sup>1</sup> 8. capitulo scilicet de periandro. Periander corinthius vnus de septem sapientibus ait: **debentes securos tyrannos fieri beniuolentiam fulciri: non armis.**<sup>2</sup> 9. capitulo scilicet de anacharsi. Anacharsis scyta **spissitudine nauis tantum inquit a morte nauigantes distare.**<sup>3</sup>

1. Cauendam enim uituperationem amicorum: insidiasque inimicorum fugiendas.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.12v, l.12).

2. Dicebat his qui tuto regnare uellent: summa ope nitendum ut beniuolentia non armis stiparentur.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.13r, ll.25-26).

3. Dum didicisset quattuor digitos nauis esse crassitudinem, tantum inquit morti propinqui sunt qui nauigant.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.14r, ll.2-3).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 1: De philosophia et scientia litterarum (fol.65ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 28. scilicet de Aristoteli: **Aristoteles interrogatus quid assecutus esset ex philosophia: respondit: vltro facere que quidam pauore legum faciunt.**

Rogatus quid ex philosophia lucratus fuisset: hoc inquit ut iniussus ea faciam: quae plerique per legum metum operantur.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.47r, ll.16-17).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus seu magistris (fol.66ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 28. scilicet de aristotelis. Aristoteles crebro solitus erat dicere: **quod visus ab aere continente lumen recipit: anima vero a disciplinis vel a documentis.**<sup>1</sup> Idem dicebat. **doctrine quidem radices esse amaras: sed fructum dulcem.**<sup>2</sup> Idem **interrogatus quid intersit inter doctos et indoctos inquit: quantum interest inter viuos et mortuos.**<sup>3</sup> Idem **dicebat doctrinam in prosperitatibus esse decorem: in aduersitatibus vero refugium.**<sup>4</sup>

1. Aspectus quidem a continenti aere lumen accipit: animus autem ab disciplinis liberalibus.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.46v, ll.36-37).

2. Studiorum liberalium amaras radices: fructus autem dulces esse asserbat.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.46v, ll.38-39).

3. Rogatus quo different docti ab indoctis: quo inquit uiuentes a mortuis.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.47r, ll.7-8).

4. Eruditionem dicebat inter prospera esse ornamentum: inter aduersa refugium.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.47r, ll.8-9).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 4: De admonitione castigatione seu correctione (fol.67ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 2. scilicet de thalete. Thales qui primus sapiens nominatus est secundum quem et septem sapientes vocati sunt **optime interrogatus qualiter quidem: atque iustissime viuimus: ait si quod iubemus aliis ipsi agamus.**

...quomodo optime ac iustissime uiuemus: si quae in aliis reprehendimus: ait ipsi non faciamus:...

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.6r, ll.40-41).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.74va)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 4. scilicet de chilone. Chilo lacedemoniis qui fuit vnus de septem sapientibus **videbat dominari lingue: et presertim in conuiuio.**<sup>1</sup> 7. capitulo scilicet de cleobolo. Cleobolus vnus de septem sapientibus **consulebat: diligere magis audire quam loqui.**<sup>2</sup> Idem cleobolus ait. **In conciuitas pro maiori parte hominibus verborum multitudo.**<sup>3</sup>

1. ...linguam semper quidem sed in conuiuio praesertim continendam...

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.12v, ll.9-10).

2. ...consulebatque corpus rite exercendum: audendi magis quam loquendi studiosus esse oportere....

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.12v, ll.14-15).

3. Sunt et istae ex sententiis illius celebres imperitia in hominibus maiori ex parte dominatur: et multitudo uerborum.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.12v, ll.7-8).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 5: De enunciatione indicatione affirmatione approbatione et reprobatione (fol.76ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 4. scilicet de chilone. Chilo lacedemonius qui fuit vnus de septem sapientibus **iubebat linguam non preuenire intellectum.**<sup>1</sup> 6. capitulo. scilicet de biante. Bias vnus de septem sapientibus: ait **Ne cito loquaris inaniam enim pandit.**<sup>2</sup>

1. ...linguam praeire animo non permittendam...

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.10r, l.16).

2. Caeterum in eo quod elegeris firmiter persiste noli cito loqui: est enim insaniae iudicium, prudentiam dilige.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.12r, ll.8-9).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 10: Cum quibus sit loquendum (fol.77va)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 8. scilicet de periandro. Periander corinthus: vnus de septem sapientibus ait: **verborum infandorum enunciationem ne facias.**

...inter loquendum caue ne secreta pronuncies...

Diogenes Laertius, Vitae et sententiae philosophorum, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.13r, l.32).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 13: De aspera vel rigida et de verbis malignis ac conuiciis (fol.78ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 3. scilicet de solone. Solon qui fuit vnus de septem sapientibus ait: **Ne mala loquaris.**<sup>1</sup> 4. capitulo scilicet de chilone: Chilo lacedemonius: qui fuit vnus de septem sapientibus **iubebat non esse maledicendum proximis: alioquin audire quibus quis tristetur.**<sup>2</sup>

1. ...noli mentiri...

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.8v, l.39).

2. ...proximo non maledicendum: alioquin audituros quae nos moerere conficiant.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.10r, ll.10-11).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 14: De minis (fol.78va)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 8. scilicet de chylone. Chylo lacedemoniis. qui fuit vnus de septem sapientibus **iubebat non esse minandum cuique. Muliebre namque.**

Nemini intentandas minas: esse enim muliebre....

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.10r, l.11).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 2: De potentia et effectu eloquentie (fol.79va)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 9. scilicet de anacharsi. Anacharsius schyta **interrogatus quid est in hominibus bonum et malum: lingua inquit.**<sup>1</sup> 29. capitulo scilicet de theofrasto. Theophrastus ait: **Citius esse confidendum in equo infreni: quam in verbo incomposito.**<sup>2</sup>

1. ...rogatus quidnam esset hominibus bonum ac malum? linguam inquit.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.14r, ll.11-12).

2. Citius credendum dicebat inferni equo quam uerbo incomposito.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.49r, ll.3-4).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 18: De electis inuentionibus rethoricis que sunt apta conuicia et dicuntur esse lesoria (fol.83rb)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 9. scilicet de anacharsi. Anacharsis schita **vituperatus ab artico: quoniam schita foret: sed mihi inquit dedecus patria: tu vero patrie.**<sup>1</sup> 15. capitulo scilicet de anaxagora. Anaxagoras **ad dicentem: priuatus es atheniensibus. nequaquam: sed illi me inquit.**<sup>2</sup> 17. capitulo scilicet de socrate. Socrates **ad dicentem talis maledicit tibi: bene etenim inquit non didicit.**<sup>3</sup> 24. capitulo scilicet de bione. **Bio ad pusillanmem diuitem ait: non hic possidet opes: sed opes eum.**<sup>4</sup> 28. capitulo scilicet de aristotele. Aristoteles **ad gestientem: quia de magna ciuitate fuerat oriundus ait: non hoc est attendendum: sed quisnam dignus fit magne patrie.**<sup>5</sup>

1. ...exprobranti sibi attico quod scytha esset: at mihi quidem ait probro est patria: sed patriae tu.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.14r, ll.10-11).

2. Dicenti cuidam Atheniensibus priuatus est: non ego illis ait sed illi me.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 2 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.17r, l.7).

3. ...nuncianti sibi quendam se maledictis incessere: bene ait loqui non didicit.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 2 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.25v, l.3).

4. Ad diuitem auarum non inquit hic substantiam possidet, sed ab ea ipse possidetur.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.43v, ll.19-20).

5. Glorianti cuidam quod magnae esset urbis ciuis: noli inquit hoc attendere: sed an dignus sis magna et illustri patria inspice.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 5 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.47r, ll.11-12).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 19: De scomatibus id est callidis dictis conuiciis que vulgo in italia dicuntur moti (fol.83vb)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 24. scilicet de bione. **Bio ad eum qui agros voraciter consumpserit ait amphytaum quidem deglutiuit terra: tum vero terram.**

Ad eum qui fundos suos uorauerat: terra inquit Amphiarauum absorbuit: sed terram tu.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 4 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.43v, ll.4-5).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.85rb)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 8. scilicet de periandro. Periander comithius vnus de septem sapientibus ait: **Modestus esto.**

Inter secundas res esto moderatus...

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.13r, l.30).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 3: De lucro et acquisitione diuitiarum (fol.91rb)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 2 scilicet de thalete. Thales qui primi sapiens nominatus est secundum quem et septem sapientes vocati sunt **interrogatus quid difficillimum: ait acquirere.**<sup>1</sup> 6. capitulo scilicet de biante: Bias vnus de septem sapientibus **quesitus quid faciens homo letatur: lucrans ait.**<sup>2</sup>

1. Interrogatus quidnam esset difficile. se inquit ipsum nosce.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.6r, ll.35-36).

2. ...forte interrogatus quidnam faciens homo delectaretur? lucrans inquit....

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.12r, l.5).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 6: De rebus propriis communibus et alienis (fol.92ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 6. scilicet de biante. Bias vnus de septem sapientibus: **quesitus quid dulce mortalibus: ait proprium.**

...rogatus quid esset dulce hominibus? spes ait.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 1 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.12r, l.3).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.94ra)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 24. scilicet de bione. **Bio ad pusilanimem diuitem ait: Non hic possidet opes: sed opes eum.**

Ad diuitem auarum non inquit hic substantiam possidet, sed ab ea ipse possidetur.

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 4 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.43v, ll.19-20).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 7: De irrisione et illusionem (fol.98vb)

Cronica de nugis philosophorum capitulo 24. scilicet de bione. **Bio probat non esse vituperandum senium: quod cuncti peroptamus contingere.**

Senectutem malorum omnium portum asserebat: siquidem ad ipsam cuncta confugere....

Diogenes Laertius, *Vitae et sententiae philosophorum*, 4 (A. Traversarius trans., Bologna: B. Brognolus, 1495, fol.43v, ll.2-3).